

De Inuidia**XIIII**

sed potius prohibent. Quia deo deo committere et exorare deum pro eo ut
 sibi gratiam det ut sic utat talibus bonis temporalibus ad salutem et non ad dam-
 nationem. Quinto si dolet solum propter eminentiam alterius. et talis modus
 si sit indeliberatus est peccatum veniale. hoc patet ex eo quod cum ratione fauet et
 optat sibi omnem bonum. Ergo si dolet de bono alterius et inuidencia delibe-
 rata de alterius excellentia propter hoc quod alius excedit ipsum in talibus bonis.
 scilicet in sapientia vel in rebus temporalibus siue in fauore hominum siue quod habet
 ampliozem gloriam et excellentiam est peccatum mortale. et in hoc est proprie-
 tas inuidia et istud semper est malum. quod dolet de quo gaudendum fuit. scilicet de bono
 primi quod est contra caritatem primi. quod si diligo primum sicut deo et te-
 nec tunc faueo sibi quidquid deus ei fauet. et ad hoc quilibet tenetur. **C.**
Ista autem inuidia puenit primo ex superbia. Vnde Augustinus de uerbo domini ser-
 moni. Vbi cumque surxerit superbia statim erit ibi inuidia. non potest superbia non
 esse inuidus. Item puenit ex inordinata concupiscentia qua ipse appetit il-
 la bona temporalia siue honores in quibus ille eum excedit. Vnde Gregorius in
 ome. Quidquid in mundo concupiscimus hoc proculdubio primis inuidemus.
 Videtur etenim quod nobis desit quod alius assequitur. Item puenit quoniam talis
 deliberata inuidia de qua iam dictum est de certa malicia. puta cum
 propter deprauationem aliquis nec amat bonum gratie et virtutis in seipso
 nec videre potest in alio et hoc est in spiritu sancto peccare et hoc peccatum
 dicitur inuidencia fraterne gratie

De filiabus inuidie.

Odm

Equitur de filiabus inuidie. et quod sint peccata mortalia vel non.
 Circa quod notandum quod prima filia inuidie est odium. hoc est velle
 malum alicui et nolle bonum. hoc vtrique malum et puersum est quod
 deo omnibus bonum velle. deus enim ex malis que permittit fieri
 elegit bonum. sed inuidia et odium e contrario ex bono elegit malum. immo
 aliquando cupit pro bono reddere malum. Et ergo odium tale directe opponi-
 tur caritati. ideo secundum genus suum est peccatum mortale. si res propter impe-
 ctionem actus possit esse veniale. scilicet quoniam est sine deliberatione. Odium tamen vici-
 um et non naturam hominis non est peccatum. nec proprie dicitur odium sed potius
 amor et dilectio. quod ille qui odit malum alicuius. proprie diligit bonum suum.
 Et sic patet quod odium secundum genus suum est peccatum mortale. et quoniam odium est
 peccatum veniale et quoniam non. Vnde de odio viciozum et peccatorum dicitur. **Ps.**
 perfecto odio oderam illos. **Castro.** Perfectum odium est homines diligere. et
 eorum vicia semper abhorreere. Vnde etiam **Hugo** super ecclesiasticum. **Perfe-**
ctum odium est quo crimina odiuntur et non homines. **C.** Secunda filia est su-
 rratio ut surfurare est discordias seminare inter pacificos. vel ex inui-
 dia amicum vel amicitiam auferre seu tollere. Vnde dicitur **glo. Job. i.** Dis-
 ferentia est inter susurronem et detractorem. **Sufurzo** inter amicos discordiam

Sufurzo